



Benedictio elemosinarum.

Domine ihu xpe fili dei vivi q̄ mul-
 tiplicasti quinq̄ panes in deserto ⁊ duos
 pisces. **Bene**  dic ⁊ multiplica has
 elemosinas ⁊ fac eas tibi placitas esse
 pro remedio aīarū oīm fidelīū defuncto-
 rū vel uiuorū que ab adam vsq̄ in hāc
 horā de hoc seculo migrauerūt. pro qui-
 bus debitores sum⁹ exorare. Quiq̄ etiā
 baptisati ⁊ cōfessi fuerunt in fide catho-
 lica perseuerauerūt ⁊ in te crediderunt:
 quorū oīm noīa solus agnoscis Qui ui-
 uis ⁊ regnas de⁹ p̄ oīa seclā seclorū. **Alia**

Bene  dic dñe hos panes quos
 tibi offerūt famuli tui de p̄missio-
 ne tua fiducia habētes: ut sint oīb⁹ hoī-
 bus in escā: ⁊ diabolus nō habeat pote-
 statē nocere: sed eis omnē securitatē pre-
 stare digneris. Per dñm nostrū ihesus
 xpm filiū tuū q̄ tecū uiuit ⁊ regnat i unī.
 o ū

o ū